

- 224 Hinc bonorum possesso ex l.fin.C.de edito D. Adr. aut ex interdicto quorum bonorum, aut petitione hereditatis semel concessa, & ab herede obtenta, amplius nec ei compert, nec conceditur, etiamque dejectatur ab ea, Alexand. cons. 273. viso puncto, n.2. & 3. l. 5. Anchar. consil. 189. n. 6. versic. præterea posito. Card. Tuschi. pract. concl. tom. 3. litera E, d. concl. 490. à n. 9. cum seqq.
- 225 Sed contraria partem, imò quodd. condemnatus ex sententia ad rem restituendam, semel an restituerit, si ad eum res ipsa iterum devenerit, possit ab eo iterum post executio ejusdem sententia, tanquam ab eo non sit liberatus, qui rem iterum recuperavit, tenet Oldrad. in leg. Titio centum, per illum text. ff. de condit. & demonstrat. dicens, quod si arbiter jussit nihil fundum restitui sub poena, & adversarius restituerit, sed postea iterum occupat, cadit in penam compromissi, & in terminis de sententia tenet Jacob. Butr. Gulielm. cum Bart. Bald. Salicet. & Fulgos. in l. sed & si professor. vers. proinde. ff. de iurejur. & idem voluerunt Cyn. & Bald. Subobscure tamen in l. si quis heredem, C. de insituit. & subdit. & clarè ipse in l. si quis licitam, in princ. per illum text. C. ut lite pendent. & in l. debitori, colum. 2. versic. sed videamus, C. de palti, & in cùm in cunctis, col. 2. versicul. sed quia si habuerit, de elecit. & in c. signific. post princip. de officio delegat. & in c. quarenti, post medium. eodem titulo, & in §. si facta, colum. 2. versiculo extra quaro, titulo si feud. fuer. controvers. inter dom. & agnat. Angel. in l. permisceri, quæ est penult. §. species, ff. de acq. possess. Nicol. Neapol. & Imol. in l. si fidejuss. §. meminisse. ff. de legat. 1. & Petr. Anch. in clem. ne Romani, de elecit. Nellus inter consil. Paul. Castr. consil. 204. presupposito, col. 2. versic. tertio domino, lib. 1. ipse Paul. consil. seq. ego Paul. Stephan. Bertr. consil. 2. addendo eleganter, n. 14. usque ad fin. lib. 2. Socin. consil. 133. profacto, col. 3. vers. tertio & ult. lib. 1. quod & reperitur in consil. 147. l. 2. Hippol. de Marsil. consil. 7. summi Cæli. col. 2. versic. cùm ergo in casu, l. 1. Castel. in l. 63. Tauri. fol. 179. column. 4. versic. item quarto lata fuit sententia, &c. Fabius à Mont. in tract. de empion. & vend. in 63. quest. 3. à princ. ubi pro hoc dicit esse clarum text. & in l. si quasi recepturus, ff. de pign. act. & in l. inter Cafelia. num. ff. de arbitris, & in l. 2. §. dominorum, ff. de his qui sunt sui vel alieni jur.
- 226 Huc spectat, quod scriptum relinquerunt Dyn. Cyn. B. Bald. & Salicet. in l. servus, per illum text. C. de pœnis dum dicunt, quod si civitas fuerit condemnata ad subversionem murorum, si illis dirutis, iterum eos ædificet, non est satisfactum sententia debent enim manere destruci, quod & etiam voluit B. post Dyn. in leg. si quis adulterium, §. 1. & ibi quoque Ang. per illum text. ff. de adul. idem Ang. in l. in numerationib. ff. de solutio. in d. l. fidejuss. §. meminisse, & ibi etiam Imol. ff. de legat. 1. Angel. n. 34. Constan. ubi & alia multa similia congerit Petr. Anch. in cap. ex literis, de constitut. & ibi quoque Felin. col. 8. versiculo secunda conclusio, & Philip. Dec. colum. 4. versiculo teritis conclusio. & idem Petr. Anch. in cap. commiss. in 5. nota, de elecit. l. 6. & in c. 1. in 6. nota de usur. eod. l. 6. & in c. felicis 7. not. & ibi etiam Philipp. Franc. in princ. col. 2. versiculo ultimò not. ibi reparetur, de pœna, eodem lib. 6. Corn. consil. 7. rudit. & incomposita, col. fin. l. 1. & Barba. consil. 22. Denm invocent. colum. 6. lib. 3. Stephan. Bert. consil. 232. addendo eleganter, ad fin l. 3. quibus quidem Doctoribus satis comprobata remanet hujus contraria pars intentio.
- 227 Quid autem in tanta Doctorum varietate, & divisione sit dicendum, ingeniolum meum pavescit, quare medianum inter eas eligendam esse opinionem, verius arbitrari, ut scilicet, tunc facta rei restitutione, vigore rei judicata rēsque ipsa in continentali, & non ex intervallo revertitur ad condemnatum; tunc hæc secunda partis intentio.

opinio indubitanter procedit, ut iterum adversus condemnatum possit procedere ejusdem sententia executio; hic distinguunt Imol. Paul. Castr. Röm. Alex. & allii recentiores in d. §. species. Paul. Roman. Alex. & Ill. in dict. leg. sed & si possessor. quam Ill. legit, cum §. si petitor, in dict. leg. nam postea. Paul. Castr. in d. leg. Titio centum, in princ. ff. de condit. & de monstrat. & Fran. Aretin. in dict. leg. si fidejuss. §. meminisse, col. fin. ff. de legat. 1. Corneus consil. 59. placet in hac consular. colum. 1. lib. 3. Barba. in dict. clement. Romani. col. 102. in parois, versic. nota quod constitut. ubi ad hoc allegat gloss. in cap. quoniam, de officio delegat. & in cap. commiss. de elect. lib. 6. veram & indubitabilem esse hanc distinctionem affirmat Tiraquell. in l. si nunquam, verb. suscepit liberos, n. 183.

Quæ doctrina non solum in ordinario judice, verum & in delegato procedit quoque, qui licet postquam tulit sententiam, functus sit officio suo, præsertim, si eam semel fuerit executus, l. index. ff. de re jud. cap. in lit. de officio delegat. tamen statim executione facta, si vietus rem iterum occupat, potest ipse judex legatus iterum cognoscere, & suam exequi sententiam, ut voluit glos. in c. quarenti, in verb. & integrum anum, de officio delegat. ubi inquit, quia non videtur positionem adept. 230 & c. 2. versicul. sed quia si habuerit, de elecit. & in c. signific. post princip. de officio delegat. & in c. quarenti, post medium. eodem titulo, & in §. si facta, colum. 2. versiculo extra quaro, titulo si feud. fuer. controvers. inter dom. & agnat. Angel. in l. permisceri, quæ est penult. §. species, ff. de acq. possess. Nicol. Neapol. & Imol. in l. si fidejuss. §. meminisse. ff. de legat. 1. & Petr. Anch. in clem. ne Romani, de elecit. Nellus inter consil. Paul. Castr. consil. 204. presupposito, col. 2. versic. tertio domino, lib. 1. ipse Paul. consil. seq. ego Paul. Stephan. Bertr. consil. 2. addendo eleganter, n. 14. usque ad fin. lib. 2. Socin. consil. 133. profacto, col. 3. vers. tertio & ult. lib. 1. quod & reperitur in consil. 147. l. 2. Hippol. de Marsil. consil. 7. summi Cæli. col. 2. versic. cùm ergo in casu, l. 1. Castel. in l. 63. Tauri. fol. 179. column. 4. versic. item quarto lata fuit sententia, &c. Fabius à Mont. in tract. de empion. & vend. in 63. quest. 3. à princ. ubi pro hoc dicit esse clarum text. & in l. si quasi recepturus, ff. de pign. act. & in l. inter Cafelia. num. ff. de arbitris, & in l. 2. §. dominorum, ff. de his qui sunt sui vel alieni jur.

Nec videtur fuisse, quod parum duravit. Joan. Andr. 235 & Panormit per illum text. cap. nam & quo, de verb. signific. ubi gloss. allegat concordantes, glossa in cap. 1. §. quin etiam, in verbo, non admittatur, tit. Episcopi vel Abbates, & illam singularem dicunt, ibi Rayn. Alvar. Lartin. Laudens. Cardinal. Alexandrin. & cæteri scribentes. Et hoc plane adstruit illud Job. cap. 10. Fuissem quasi non esset de utero translatus ad tumulum. Nec 236 etiam nisi in consideratione solutio rei debita, quæ non duravit, l. qui sic solvit. ut statim recipiat, nihil agit, ff. de solut. nec videtur versum quod versum non durat l. si pro parte, §. versum, ff. de in rem vers. ubi gloss. allegat plura similia, & multa alia elegantia cumulavit Hippolyt. de Marsil. in repetit. l. ult. n. 155. & multis seqq. ff. de juris. omn. jud. & in l. 2. in fin. ff. quibus ex causis in poss. eatur; ubi dicit, nec sufficiat unquam defendisse, si non 237 durat defensio, facit l. 1. §. quod ait prator, nisi ff. quorum legator.

Hinc etiam est, quod scribit B. in l. sicut, §. superva. 238 cum, col. 3. versiculo redeo ad ordinem, ff. quibus modis pignus vel hypotheca solvit, quod si judex alicui præcepit, ut domo exiret sub certa pena. & is exirebit, & postea iterum ingressus est, incidit in penam, tanquam

- tanquam non videatur exivisse, qui statim rediit; sequitur Tiraquell. in dict. leg. si unquam, verb. suscepit liberos, n. 179. cujus est farinæ, quod si medicus certa mercede promisit curare ægrotum, qui curatus, ut videtur, eandem in ægritudinem recidit: certè in dubio, si statim recidit, non videtur fuisse curatus a primo morbo, secus si longo post intervallo, ita voluit Pileus in 12. quæf. & Barnad. Brixo. qu. 75. Dyn. Rich. Malum. Cyn. Marti. B. Bald. in uraque leitura. Alb. Salic. & Paul. Castr. in l. Marcius, ff. locati. Speculator. it. de salario, §. ult. post princ. Joan. And. in c. contractus in 2. quest. de reg. jur. l. 6. Alb. in l. contractus, num. 7. ff. eod. t. Bald. consil. 225. quidam fauera, colum. 2. l. 3. Imol. Francisc. Arct. & Barba. in l. si ita stipularis esset abs te, ff. de verb. obligat. Petr. Anch. Panorm. Barba. & Felin. in cap. presbyter by de hor. Hipp. de Marsil. consil. 7. Summi Cæli. colum. 2. vers. cum ergo in casu, l. 1. ex quo idem tradit Bald. 240 in l. licet, C. de except. quod in continentia recuperans possessionem fingitur nunquam fuisse expulsus, quod pertinet, non considerari translationem dominii, quæ momento durat, l. ult. §. fin. in fin. C. de bonis que liberis. not. B. in l. fin. ff. de cond. inst. Ang. in l. volunt. ad fin. C. de fidicem.
- 241 His rectè convenit, quod dicit Menoch. de retinen. possess. rem. 3. n. 819. quod si lata sententia contra turbatorem, præstataque ab eo cautione, adhuc perturbet, assertaré se nova ex causa possidere, atque ita velle se illi possessionem incumbere, audiendum non esse, dicit Joan. Fab. in §. retinenda, n. 29. Inst. de interdict. cujus doctrinam declarandam esse censet Menoch. ibi, non procedere adhuc elapsi multo tempore hic condemnatus assereret, se ex nova causa possidere, & hujusmodi causa probationes paratas, & in promptu haberet, nam tunc cessat malitia justissimè aliás à Fabro considerata.
- 242 Facit etiam quod dicit Felin. in c. quarenti, in fin. versic. sed in tene. de officio de leg. post Bart. consil. 181. num. 1. & l. quod si, ff. de solut. citatus per Grat. in discep. forens. c. 226. num. 37. l. 2. quod sententia dicitur executia, quando aliquo tempore permanxit, & est Rotæ decisio, restit. Put. decif. 3. 34. per tot. & præcipue n. 5. l. 1. dum in hæc inquit. Non obstat etiam, dum dicebatur, quod virtus executorialium evanescit anno per cap. quarenti, & ibi 250 aliiquid remanet faciendum, l. cum Sillanian. in fin. Cod. de his quibus ut indignis, ubi Bald. num. 2. l. solvend. ff. de verb. signific. cap. 1. de bapt. o. nihil. 7. quest. 1. nec dicitur actus perfectus, quando est partim factus, & partim non. l. 2. ibi, (quia ipsi animadvertisse, aliiquid decit: ff. de orig. jur. Hieronym. Conz. in regul. de men. & alternat. 255 glori. 63. à num. 24. & patet, quia res perfecta non dicitur, nec facta, si aliquid essentiale & substantiale remanet agendum in iis, quæ perfectionem requirunt ex debito iusticiae. Vivius decif. 2. 4. num. 1. dec. 442. num. 9. Riminal. Jun. consil. 2. 96. num. 10. vol. 3. Simon Præt. consil. 191. num. 13. Riminal. Jun. §. 1. num. 3. Inst. de donat. Cavalca. decif. 46. num. 304. Muscatell. de delict. in procœlio. num. 9. & in præx. civil. p. 7. glossa, conclusum, num. 2. Giurba dec. 29. num. 2.
- Quæ doctrina & ex eo etiam comprobatur, quia rei 254 perfecta nihil potest superaddi, l. 2. & ibi notat Bald. C. de vin. libert. Bald. in l. unic. §. his ita num. 3. C. de caducis tollen. Neg. consil. 8. 1. n. 29. sicut plenum dicitur, cui nihil addi potest, cuique nihil deest, l. Jul. la. 1. §. fin. de rei vind. l. hujus. §. ades, de leg. 1. Tiraq. de retractu conv. gl. 1. & unic. n. 40.
- Hinc est, ut nihil videatur solvisse, qui totum non 255 solvit, l. heredes. §. in illa. ff. famili. heredit. nec videtur edidisse, qui totum non edidit, l. si defens. ff. de interrog. action. l. ex clausula, ff. de jud. solu. Spec. 2. part. tit. de infor. edit. §. dicto de impregn. n. 6.
- Nec dicitur purgatum, nec repositum attentatum, 256 nisi omnia sint purgata, & usque ad unum nummum in pristinum statum reposita. Achill. de Graff. dec. n. 7. ad fin. de locato, & dec. 17. derefit. spol. Cæsar. de Graff. decif. 150. n. 4. & 8. p. 1. & dec. 270. p. 2. n. 5. & dec. 171. & dec. 176. p. 3. Put. dec. 56. n. 12. l. 1. & dec. 298. l. 2. cum aliis, quorum nomenclaturam refert Lancel. de attente. 3. part. c. fin. n. 78. 8. 176. & 191.

257 Et de repositione rei, vel cauæ in pristinum statum, & quomodo satisfactum dicatur sententiae repositionis excessus, & caterorum attentatorum: tam circa rem, quam circa causam, vide multa elegantissima per Lanc.

Rob. de atten. 3. p. cap. 29. per tot. & præcipue à n. 73. & eadem 3. p. c. 31. n. 14. ad quam te remitto libenter.

258 Ultimò circa hanc repositionis materiam queri potest: an revocata executione, cuius contemplatione quis possidet, qui pati debet repositionem, possit rem illam ex alio capite, aut alio jure aut ex alia causa, retinere eandem. Et quod non possit, sed possessionem, quam illi

judex debet teneat restituere, est Bald. doctrina in l. pen. in l. Cod. de pignoratitia actio, ubi dicit, quod mulier

missa in possessionem ventris nomine, non poterit intervertare possessionem alio respectu, & idem Bald. in an-

thentica ei qui jur. col. 1. versic. sed tunc quero. num. 26. C.

259 de bonis auctor. jud. possid. afferens, quod missus in pos-

sessionem ex primo decreto, comparente debito, & of-

ferente stare juri & satisfare de expensis, & facere ea, ob

quorum defectum facta est missio, non poterit retinere

possessionem praetextu hypothecæ conventionalis, quia

non est eo nomine missus, sed missio est limitata, & sic

recedere debet è possessione, cum cessa causa missionis,

quem Bal. refert Mieres à Pelaez in tr. de major. 3. p. q. fin.

quæ est 14. n. 2.

260 Sed pro contraria parte urget alia ejusdem Cald. do-

ctrina in l. fundus qui Lucii Titii, ff. de rei vindicat.

ubi dicit, quod si tenuta fuit mihi data in ordinato pro-

cessu, a nullo poterit retineri, donec solvatur verum de-

bitum, quod dicit perpetuè esse notandum Crema sing.

52. tenuta fuit mihi data: latius per Dec. conf. 449. n. 22.

Thoma Gramma. dec. 52. magnif. Domina Marga. nu. 5.

pag. 234. Anton. de Fano. in tractate de pign. part. 5.

memb. 4. n. 4. fol. mihi 143. ubi post Bar. in l. petenti, ff. de

pignoratitia act. tractat, an res data alicui nulliter pro

debito, possit pro vero debito retineri, & hanc partem

widetur sequi Mier. ubi proxime. n. 3. in antiq. impress. ubi

dicit esse notable ad appellantes, & dantes querelas

contra executores sententiarum, vel instrumentorum

guarantigiorum, quæ ex aliquibus defectibus nulla

judicantur.

261 Et ultra prefatos Doctores hanc etiam opinionem

reperio tenere Roll. à Valle conf. 5. n. 7. vol. 2. videndum

etiam n. pen. & fin. per eundem Bald. in l. qui Titii, notab.

1. C. de rescind. vend. dicentem, quod ubi tenuta minus

legitimè data reperitur, si res illa propter debitum alia

hypotheca comperitur, data creditori retentio, allegat

ad idem Crema sing. 94. Bertachin. in tr. de Episc. 3. pr.

## F I N I S.

n. 66. & Negus. de pignorib. in 2. memb. 2. p. nn. 20. Curt. jun. consil. fin.

His rectè convenit, quod dicit Maresc. variar. resol. lib. 6. num. 11. & seqq. quod quamvis relaxatum mandatum pro majori summa, & majori quantitate, non solum in excessu, sed etiam in totum sit nullum, & revo-  
candum, secundum quæ nos latius <sup>suprà</sup> hoc cap. ta-  
men si tempore relaxati mandati obtinens decretum, erat  
verè creditor in æquali, seu majori quantitate, quæ  
esse illa in qua fuit excessum, tunc sustinetur manda-  
tum propter compensationem, quæ tamen licet ante  
non fuerit opposita, ipso tamen jure inducit ad evi-  
tandam pœnam spolii, & nullitatis mandati. Hancque  
sententiam paßim sequuntur fuisse à Rota, etiam non  
obstante juramento, ut in una Beneventana devolutio-  
nis 14. Junii 1585. coram Card. Pamphilo, testatur ipse  
Maresc. ubi proxime n. 12. quæ aliquibus rationibus ipse  
comprobat, ibi nsque ad fin. d. 9.

Facit insuper, quod possessor condemnatus ad rei 263  
restitutionem, potest executionem impedire ob facta me-  
lioramenta, donec sibi integraliter solvantur, & sic ex  
alio jure potest retinere, quæ quo lis principaliter tra-  
ctatur, de quo nos latius <sup>suprà</sup> hac 4. p. cap. 13. ante fin.  
vers. deinde quoniam condemnato, &c. a. n. 59. ubi pluri-  
mos citavimus; sed in re hac adhuc dubius sum, quæ  
omnia dicta haec tenus tu considerare poteris.

Ultimò & pro complemento obiter animadverten- 264  
dum est, eundemmet executorem, qui accessit, & atten-  
tavit inter exequendum, posse & ipsum idem gravamen  
& excessum reponere proprio imperio de facto, quem  
admodum & illud de facto attentavit, & excessit, prout  
& nos latissimè <sup>suprà</sup> diximus 1. p. cap. 3. per tot. &  
etiam 1. p. c. 5. & alibi paßim. Ultra quæ expendo text.  
expressum in c. qualiter el 1. de acc. ibi legis generali-  
bus ad inquietundin modum excedentibus, ita respon-  
det Summus Pontifex ibi, nec inde nascantur injuria,  
unde jura nascuntur, ideoque mandamus, quatenus ad  
conscientiae vestræ judicium recurrentes, si contra præ-  
scriptum ordinem, tanquam homines excessitis, non  
pudeat vos errorem vestrum corrigerem, qui positi estis,  
ut aliorum corrigatis errorem, &c. ubi gl. verb. observari,  
& DD. communiter. Sed dum aliorum excessus repre-  
mtere, possit pro vero debito retineri, & hanc partem

widetur sequi Mier. ubi proxime. n. 3. in antiq. impress. ubi

dicit esse notable ad appellantes, & dantes querelas

contra executores sententiarum, vel instrumentorum

guarantigiorum, quæ ex aliquibus defectibus nulla

judicantur.

265. Prioratus, & aliorum Regularium præfectu-

rum virorum sunt consistorialia beneficia, pag. 433.

num. 251.

INDEX  
COPIOSISSIMUS

Rerum, & Verborum, quæ in hoc Volu-  
mine continentur.

P. paginam denotat: - N. numerum marginalem.

## A

## Abbas.

**A**BATES & Prælati in suos Religio-  
nos quorum sunt judges Ordinarii, ju-  
risdictionem ordinariam habent, & de  
corum causis cognoscunt, pag. 86. nu-  
mero 11.

Abbas sibi contrarius arguitur, p. 160. n. 29.

Abbas in sua Ecclesia non præcedunt capitulum  
Cathedrale, pag. 243. n. 68.

## Abbatia.

Abbatia, Prioratus, & aliorum Regularium præfectu-  
rum virorum sunt consistorialia beneficia, pag. 433.

num. 251.

## Abdicare.

Abdicare à se qui tenetur aliquod jus, si monitus abdi-  
care nolit, habetur pro abdicante, & proceditur ac  
si abdicasset, p. 539. n. 8.

## Absentia.

Licentiam Absentia, ab ordinario negante appellationi  
emissa, an sit deferendum, p. 308. n. 27.

Beneficiatus Abesse an possit pendente appellatione à  
denegata licentia, p. 308. n. 28.

Licentiam Absentia non sufficit petere, sed & obtine-  
re, p. 308. n. 29.

## Absolutio. Absolutus.

Absolutio generalis non suffragatur violatoribus Eccle-  
siastica libertatis, p. 280. n. 41.

Inspectionem processus non suspendi ob denegatam Ab-  
solutionem, verius defenditur: & an cogi possit  
præcisè Ecclesiasticus adimplere rogatum absolutio-  
nis, p. 64. n. 155.

Absolutio excommunicati nec consequenter, nec antecederter est necessaria, ad tollendam violentiam,  
nec in aliquo est impedimentum ejus negatio, p. 65.  
num. 262.

Absolutio quando data dicatur cum effectu, & an  
per procuratorem, aut literas sufficiat, & an censura  
aliter quam per absolutionem tolli possint, p. 78.  
num. 44.

Absolutio ad reincidentiam ad tempus potest dari, ibid.  
num. 45.

Absolutus ad reincidentiam virtute provisionis, de  
ruego, per sexaginta dies, si intra illos decretum vi-  
olenta detur, an illis transactis absolutione egat,  
ibid. n. 46.

Absolutus ad reincidentiam per sexaginta dies si violen-  
tia adesse ob non delatam appellationem declare-  
tur intra illud tempus, nova absolutione indiget,  
ibid. n. 247.

Absolutus per sexaginta dies virtute querelæ laicorum,  
an si vim fieri intra illos sit decretum, termino tran-  
facto indiget nova absolutione, ibid. n. 49.

Absolutus per tempus ad reincidentiam si intra illud  
solvere non potuit, an eo transfacto incidat in cen-  
suras, ibid. n. 50.

Absolutio & relaxatio ob cautelam potest fieri in omni  
sententia censuræ, p. 196. n. 52.

Absolutio censuratum non suspenditur per appellationem,  
pag. 197. n. 66. & p. 198. n. 67.

Per Absolutionem ab excommunicatione magis con-  
sulitur adversario, quia præstatur ei cautio, pag. 198.  
num. 68.

Absolutio, & excommunicatione pari passu ambulant,  
p. 198. n. 69. & 70.

Naturale est quicquid eo modo dissolvitur, quo colliga-  
tum est, ibid. n. 71.

Absolutio ab excommunicatione, qua consequentur ali-  
menta animæ ad bellum spirituale, non suspenditur  
per appellationem, p. 200. n. 10.

Absolutio à suspensiōne, & interdicto per appellationem  
non suspenditur, sicut nec ab excommunicatione,  
ibid. n. 102.

Absolutio præstita cautio non est differenda per appelle-  
tionem, ibid. n. 103. & 104.

Absolvere ad cautelam quando possit judex appella-  
tionis, ibid. n. 106.

Absolvere ad cautelam an possit delegatus, & quando  
præstanda ista absolutio cum cautione sola est stando  
juri & de aliis, & ibid. n. 107.

Absolvere superior an possit visis actis, p. 201. n. 109.  
& num. 110.

Absolvere potest judex ad quem, data contumacia trans-  
portandi ad se acta, ibid. n. 111.

Absolutionem ab excommunicatione alteri potest  
committere judex Ecclesiasticus, ibidem, num-  
ero 117.

Absolutio ab excommunicatione delegata non subdele-  
gatur, ibid. n. 118.

Ad Absolutionem appellantis non debet procedere su-  
perior, nisi visis actis, p. 251. n. 38.

## Absolutoria